Hieronymus; Ambrosius (Fragm.)



absconditis. & ego non uidebo eū dicit dn̄s; Nūquid non caelum &
terram. ego impleo ait dn̄s; LXX. Ds̄ appropinquans ego dicit
dn̄s. & non ds̄ de longe. Si absconditur homo in absconditis & ego
non uidebo eum dicit dn̄s. Nūquit non caelum & terram ego
impleo dicit dn̄s; Aquila & symmachus similiter interp̄ta
ti sunt. Numquid ds̄ de p̄pinquo siue uicino ego sum. & non ds̄ de
longe. LXX uero & theodotio. sensu uertere contrario ut di
cerent ds̄ appropinquans ego dicit dn̄s. & non ds̄ de longe.
qd̄ scilic& superiores asserunt dm̄ n̄ tantū uicina. sed & ea
quae longe sunt cognoscere. Nec praesentia sed futura con
spicere; isti uero ubiq; dm̄ aestimantes esse praesentē. Nec ali
quem ēē locū ubi non adsit ds̄; Omnib; enim & praecipue
scīs app̄pinquat ds̄. quomodo si uestimentū adhaereat cuti
peccatores autē longe recedentes ab eo peribunt; Hunc
sensū & in psalmis legim(us). Quo ibo a sp̄u tuo. & a facie tua
quo fugiā. Si ascendero in caelū tu illic es. Si descendero in in
fernū tu ades. Si sūpsero pinnas meas diluculo. & habita
uero in extremis maris. & enī illuc manus tua deducet me.
& tenebit me dextera tua; Amos quoq; in haec uerba con
sentit dicens. Si descenderint usq; ad infernū. inde manus
mea ducet eos. & si ascenderint usq; in caelū. inde detrahā
eos; & si absconditi fue[…]rint in uertice carmeli in
de scrutans auferā eos. & si […] celauerint se ab oculis meis
in p(ro)fundo maris. ibi mandabo […] serpenti & mordebit eos;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0230